Deinen Augen ist, getan: * daß Du gerecht in Deinen
Reden seist und siegreich gegen Deine Kläger.
5. Doch in Erbchuld hat man mich gezeugt: * in Sünden
meine Mutter mich empfangen.
6. Die Wahrheit, Herr, hast Du geliebt: * was dunkel
und verborgen war, hat Deine Weisheit kundgetan.
7. Bespreng mich mit Ysop, und ich werde rein: * wasche
mich, und weißer werd' ich als der Schnee.
8. Ach, wende weg Dein Angesicht von meinen Sünden:
* und lösche alle meine Missetaten aus.
9. Erschaffe, Gott, ein reines Herz in mir: * den rechten
Geist erneuere in meinem Innern.
10. Verwirf mich nicht vor Deinem Angesicht: * und
Deinen Heiligen Geist nimm nicht von mir.
11. Gib mir die Freude Deines Heiles wieder: * befestige
mich durch Deinen starken Geist.
12. Dann will ich Ungerechte Deine Wege lehren: * und
Sünder werden sich zu Dir bekehren.
13. Erlöse mich von aller Schuld, o Gott, mein Heil:
* dann preiset meine Zunge Deine Gnade.
14. Herr, öffne meine Lippen: * auf daß mein Mund
Dein Lob verkünde.
15. Denn hättest Opfer Du gewollt, ich hätte sie ge-
bracht: * Brandopfer sind Dir nicht genehm.
16. Das Gott gefällige Opfer ist ein zerknirschter Geist;
* ein Herz voll Reu' und Demut, Gott, verschmäht Du
nicht.
17. Ehre sei dem Vater, und dem Sohne, und dem
Heiligen Geiste: * wie sie war im Anfange, jetzt und alle-
zeit, und in Ewigkeit. Amen.

Psalm 129.

1. Aus den Tiefen ruf' ich, Herr, zu Dir: * o Herr, er-
höre meine Bitte!
2. Neige doch Dein Ohr, o Herr: * und merke auf die
Inbrunst meines Flehens.
3. Herr, wolltest Du auf unsere Sünden sehen: * o Herr,
wer wird alsdann vor Dir bestehen?
4. Doch bei Dir ist Vergebung: * und gestützt auf Dein
Gesetz harre ich auf Dich, o Herr.
5. Meine Seele verläßt sich auf sein Wort: * es hoffet
meine Seele auf den Herrn.
6. Von der Morgenwache bis zur Nacht: * vertraue
Israel dem Herrn.
7. Denn beim Herrn ist Barmherzigkeit zu finden: * und
überreiche Erlösung ist bei ihm.
8. Er wird Israel erlösen: * von aller seiner Schuld.
9. Ehre sei dem Vater, und dem Sohne, und dem Heiligen
Geiste: * wie sie war im Anfange, jetzt und allezeit, und
in Ewigkeit. Amen.

Finito psalmo sacerdos stans dicit:

- Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster . . . *secretò.*
- V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.
R. Sed líbera nos a malo.
V. Salvum (Salvam) fac servum tuum (ancíllam tuam),
Dómine.
- R. Deus meus sperántem in te.
V. Nihil proficiat inimícus in eo (in ea).
R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.
V. Esto ei Dómine turris fortitúdinis.
R. A fácie inimíci.
V. Dómine exaúdi oratiónem meam.
R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.
R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cui próprium est miseréri semper et párcere, súcipe deprecatiónem nostram, ut hunc fámulum tuum (hanc fámulam tuam), quem (quam) excommunicatiónis caténa constringit, miserátio tuæ pietátis cleménter absólvat. Per Dóminum nostrum.

R. Amen.

4. Deinde sacerdos sedet et, ad profitemem genuflexum versus, eum ab hæresi absolvit dicens:

Auctoritáte apostólica, qua fungor in hac parte, absólvo te a vínculo excommunicatiónis, quam (forsan*) incurristi, et restítuo te sacrosáctæ Ecclesiæ sacraméntis, communióni et unitáti fidélium in nómine Patris, et Fílii †, et Spírítus Sancti.

R. Amen.

5. Denique abjuranti aliquam pœnitentiam salutarem injungat v. g. aliquas preces, visitare ecclesiam aut similia, deinde eodem vel sequenti die confessionem ejus suscipiat, si nihil obstat, absolutionem a peccatis omnibus ei tribuat simulque in missæ sacrificio s. eucharistiæ ei administret.

6. In absolutione ab excommunicatione alia sacerdos incipit a Ps. 50 Miserére vel Ps. 129 De profúndis ut supra, et post versiculos et primam orationem sedet et cooperto capite dicit:

Dóminus noster Jesus Christus te absólvat: et ego auctoritáte ipsíus, et sanctíssimi dómni nostri papæ (vel reverendíssimi episcopi N., vel talis superioris) mihi commíssa, absólvo te a vínculo excommunicatiónis, in quam incurristi (vel incurrisse declarátus es), propter tale factum (vel

**) In dubio gravi aut levi, utrum pœnitens excommunicationem incurrit per hæresim professam, sacerdos hic inserat vocabulum: forsán.*

causam, etc.); et restítuo te communióni et unitáti fidélium, et sanctis sacraméntis Ecclesiæ, in nómine Patris, et Fílii †, et Spírítus Sancti. Amen.

7. Quod si sacerdoti nulla sit a superiore præscripta forma, nec sibi mandatum, ut in forma Ecclesiæ communi, vel consueta absolvat; tunc nihilominus pro rei gravitate prædictam ceremoniam et preces adhibeat; at vero si res non fuerit adeo gravis, statim absolvere poterit, dicens, ut supra:

Dóminus noster Jesus Christus, . . .

8. In foro autem interno, confessarius habens facultatem absolvendi excommunicatum, absolvat juxta formam communem præscriptam in absolutione sacramentali.

7. De communione infirmorum*)

(latine)

1. Viaticum sacratissimi corporis Domini nostri Jesu Christi summo studio ac diligentia ægrotantibus, opportuno tempore procurandum est, ne forte contingat illos tanto bono, parochi incuria, privatos decedere. Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur: quales sunt publici usurarii, concubinarij, notorie criminosi, nominatim excommunicati aut denunciati, nisi sese prius sacra confessione purgaverint, et publicæ offensionis, prout de jure, satisfecerint.

Ingressus sacerdos locum, ubi jacet infirmus, dicat:

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

2. Tum depositum sacramentum super mensa, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus; et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, dicens antiphonam:

Aspérges me, Dómine, hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor; *et primum versum psalmi Miserére, cum Glória Patri* ... Sicut erat ...

Deinde repetitur antiphona:

Aspérges me, ...

Postea:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

**) Diversas preces in lingua vulgari ægrotis aptissime ante et post communionem suggerendas invenies pag. 152.*

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Exaúdi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum ángelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

3. His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacramentum viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri; et illum audiat, atque absolvat: quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

4. Postea facta de more confessione generali, sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, sacerdos dicit:

Misereátur ... Indulgéntiam ...

5. Deinde facta genuflexione, accipit sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo dicens:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccáta mundi, *et more solito ter dicat:* Dómine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanábitur ánima mea.

6. Et infirmus simul cum sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce. Tum sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat:

Accipe, frater (vel soror), viaticum córporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste máligno, et perdúcat in vitam ætérnam. Amen.

7. Si vero communio non datur per modum viatici, dicat more ordinario:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánima tuam in vitam ætérnam. Amen.

8. *Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto*

Misereatur ...

prædictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim viaticum præbeatur.

9. *Postea sacerdos abluat digitos, nihil dicens: et infirmo detur ablutio. Deinde dicat:*

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus, te fídeliter deprecámur, ut accipiénti fratri nostro (vel soróri nostræ) sacrosánctum corpus Dómini nostri Jesu Christi Fílii tui, tam córpori, quam ánimæ prosit ad remédium sempitérnum: qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum:

R. Amen.

10. *His expletis, si altera particula sacramenti non superfuerit, sacerdos extenta manu dextera, benedicit dicens:*

Benedíctio Dei omnípoténtis, Patris, et Fílii †, et Spíritus Sancti, descéndat super vos, et máneat semper.

R. Amen.

11. *Quodsi altera particula sacramenti superfuerit, sacerdos genuflectit, surgit, et accipiens vas cum sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo psalmum*

Laudáte Dóminum de cælis ...

et alios psalmos et hymnos, prout tempus feret.

12. *Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit sacramentum super altare, adorat, deinde dicit:*

V. Panem de cælo præstitísti eis.

R. Omne delectaméntum in se habéntem.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passióis tuæ memóriam reliquisti: tribúc, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptióis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: qui vivis et regnas cum Deo Patre in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

8. Ordo ministrandi sacramentum extremæ unctionis

(latine)

1. *Sacerdos sacramentum extremæ unctionis ministraturus, quatenus fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in septem globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis ad detergendos digitos; et aquam ad abluendas sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc sacramentum ministrètur.*

2. *Cum peruentum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, sacerdos intrans cubiculum, dicit:*

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

3. *Deinde deposito oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violacea indutus, ægroto crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis eum aqua benedicta, et cubiculum, et circumstantes aspergit, dicens antiphonam:*

Aspérgetes me, Dómine ...

ut supra p. 42. Si autem sacramentum unctionis jam statim post acceptam s. communionem ministratur infirmo, ista omittuntur. Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, et de huius sacramenti vi, atque efficacia, si tempus ferat, breviter admonéat: et quantum opus sit, ejus animam confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.

4. *Postea dicat:*

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui feecit cœlum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc nostræ humilitátis ingressu, æténa felicitas, divína prospéritas, séréna lætítia, cáritas fructuósa, sánitas sempitérna: effúgiat ex hoc loco accéssus dáemonum: adsint ángeli pacis, domúmque hanc déserat omnis málgna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum; et bénedic ✠ nostræ conversatióni: sanctífica nostræ humilitátis ingrèssum, qui sanctus et qui pius es, et pérmanes cum Patre et Spíritu Sancto in sœcula sœculórum. Amen.

Orémus, et deprecémur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut benedicéndo benedícat ✠ hoc tabernáculum, et omnes habitántes in eo, et det eis ángelum bonum custódem, et fáciat eos sibi servíre ad considerándum mirábilia de lege sua: avértat ab eis omnes contrárias potestátes: erípiat eos ab omni formídine, et ab omni perturbatióne, ac sanos in hoc tabernáculo custodíre dignétur: qui cum Patre et Spíritu Sancto vivit et regnat Deus in sœcula sœculórum. Amen.

Orémus.

Exaúdi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, æténe Deus: et mittere dignéris sanctum ángelum tuum de cœlis, qui custódiat, foveat, prótegat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

5. *Quæ orationes, si tempus non patiat, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta confessione generali, latino, vel vulgari sermone, sacerdos dicat:*

Misereátur ... Indulgéntiam ...

6. *Antequam parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et ubi commodum fuerit, pro loco et tempore, et astantium numero, vel qualitate recitent septem psalmos penitenciales*

cum litanis, vel alias preces, dum ipse unctionis sacramentum administrat. Mox dicat:

In nómine Patris †, et Fílii †, et Spíritus † Sancti, extingúatur in te omnis virtus diáboli per impositionem mánuum nostrárum, et per invocatióem ómnium sanctórum angelórum, archangelórum, patriarchárum, prophetárum, apostolórum, mártýrum, confessórum, vírginum, atque ómnium simul sanctórum. Amen.

7. Deinde intincto pollice in oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum:

Ad oculos.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquísti. Amen.

8. Minister veró, si est in sacris, vel ipsemet sacerdos, post quamlibet unctionem, tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eumque in vase mundo reponat, et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.

Ad aures.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per auditum deliquísti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per odoratum deliquísti. Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gustum et locutióem deliquísti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquísti. Amen.

9. Et adverte, quod sacerdotibus manus non inunguntur interius, sed exterius.

Ad pedes.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piíssimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gressum deliquísti. Amen.

10. In casu autem veræ necessitatis, sacerdos ungens in fronte vel in aliquo sensu, vel in pectore, dicit:

Per istam sanctam unctionem †, indúlgeat tibi Dóminus quidquid deliquísti. Amen.

Cessante periculo sub conditione repetendæ sunt singulæ unctiones in singulis sensibus sub suis particularibus formis, et supplenda cetera ommissa.

11. Quibus omnibus peractis, sacerdos dicit:

Kyrie eléison. Christe eléison. Kyrie eléison.
Pater noster . . .

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos a malo.

V. Salvum fac servum tuum.

R. Deus meus sperántem in te.

V. Mitte ei Dómine auxiliúm de sancto.

R. Et de Sion tuére eum.

V. Esto ei Dómine turris fortitudínis.

R. A fácie inimíci.

V. Nihil proficiat inimícus in eo.

R. Et filius iniquitátis non appónat nocére ei.

V. Dómine exaúdi oratióem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Deus, qui per Apóstolum tuum Jacóbum locú-
 tus es: Infirmátur quis in vobis? inducat presbyteros Ecclé-
 siae, et orent super eum, ungentes eum óleo in nómine Dó-
 mini: et orátio fidei salvábit infirmum, et alleviábit eum
 Dóminus: et si in peccátis sit, remitténtur ei; cura, quæsu-
 mus, Redemptor noster, grátia Sancti Spíritus languóres
 istíus infírmi, ejúsque sana vúlnera, et dimítte peccáta,
 atque dolóres eunctos mentis et córporis ab eo expélle,
 plenámque intérius et extérius sanitátem misericórditer
 redde, ut ope misericórdiæ tuæ restitútus, ad prístina re-
 parétur officia: qui cum Patre et Spíritu Sancto vivis et
 regnas Deus in sǎcula sæculórum. Amen.

Orémus.

Réspice, quæsumus Dómine, fámulum tuum N. in in-
 firmitáte sui córporis fatiscéntem, et ánimam réfove, quam
 creásti: ut castigatióibus emendátus, se tua séntiat medi-
 cína salvátum. Per Christum Dóminum nostrum. Amen.

Orémus.

Dómine sancte, Pater omáipotens, atérne Deus, qui be-
 nedictiÓNis tuæ grátiam ægris infundéndo corpóribus, fac-
 túram tuam múltiplici pietáte custódis: ad invocatiÓNem
 tui nóminis benígnus assiste; ut fámulum tuum ab ægri-
 túdine liberátum, et sanitáte donátum, délixtera tua érigas,
 virtúte confírmes, potestáte tueáris, atque Ecclésiæ tuæ
 sanctæ, cum omni desideráta prosperitáte, restítuas. Per
 Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

12. Ad extremum, pro personæ qualitate, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, et ad fugandas dæmonum tentationes roboretur.

13. Denique aquam benedictam, et crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquat, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.

14. Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendat: sed si mors immineat, priusquam discedat, sacerdos animam Deo rite commendabit.

9. De cura ægrotorum in extrema mortis necessitate versantium

1. Urgente extrema temporis necessitate in periculo mortis sacerdos accedens et deponens s. eucharistiam et s. oleum aliquo honesto loco, statim excitet actum contritionis ægroti, si confessionem plus minusve integram facere non jam potest, ipsumque absolvat dicens:

Ego te absolvo ab ómnibus censúris, et peccáti, in nómine Patris, et Filii †, et Spiritus Sancti. Amen.
adjiciens, si opus fuerit, formula conditionis: si capax es.

2. Tum sacerdos dans infirmo, si accipere poterit, eucharistiam, dicat:

Accipe, frater (soror), viaticum córporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste maligno, et perducát in vitam ætérnam. Amen.

3. Deinde sacerdos ungens ægrotum in fronte vel in aliquo sensu vel in pectore, adjecta iterum, si opus fuerit, formula conditionis, dicat:

Per istam sanctam unctiónem †, indúlgeat tibi Dóminus quidquid deliquisti. Amen.

4. Postremo excitet ægrotum ad devotam nominis Jesu ore vel corde, invocationem impertitque ei benedictionem apostolicam, dicens:

Indulgéntiam plenáriam et remissionem ómnium pccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Filii †, et Spiritus Sancti. Amen.

5. Cessante periculo repetendæ sunt sub conditione singulæ unctiones juxta formam consuetam, facienda confessio integra et supplenda cetera ommissa.

10. De communione infirmorum*)

(germanice)

1. Viaticum sacratissimi corporis Domini nostri Jesu Christi summo studio ac diligentia ægrotantibus, opportuno tempore procurandum est, ne forte contingat illos tanto bono, parochi incuria, privatos decedere. Cavendum autem in primis est, ne ad indignos cum aliorum scandalo deferatur: quales sunt publici usurarii, concubinarij, notorie criminosi, nominatim excommunicati aut denunciati, nisi sese prius sacra confessione purgaverint, et publicæ offensionis, prout de jure, satisfecerint.

Ingrediens sacerdos locum, ubi jacet infirmus, dicat:

V. Friede sei diesem Hause.

R. Und allen, die darin wohnen.

2. Tum depositum sacramentum super mensam, supposito corporali, genuflexus adorat, omnibus in genua procumbentibus; et mox accepta aqua benedicta, aspergit infirmum, et cubiculum, dicens antiphonam:

Besprenge mich mit Ysop, Herr, und ich werde rein; wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee.

Erbarme Dich meiner, o Gott: nach Deiner großen Barmherzigkeit.

Ehre sei dem Vater, und dem Sohne, und dem Heiligen Geiste: wie sie war im Anfange, jetzt und allezeit, und in Ewigkeit. Amen.

Deinde repetitur antiphona:

Besprenge mich mit Ysop, Herr, und ich werde rein; wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee,

*) Diversas preces in lingua vulgari ægrotis aptissime ante et post communionem suggerendas invenies pag. 152.

- V. Unsere Hilfe ist im Namen des Herrn.
 R. Der Himmel und Erde gemacht hat.
 V. Herr, erhöre mein Gebet.
 R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.
 V. Der Herr sei mit euch.
 R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Erhöre uns, heiliger Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott, und sende gnädig Deinen heiligen Engel vom Himmel, daß er alle Bewohner dieses Hauses bewache, pflege, schirme, begleite und verteidige. Durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

3. His dictis, accedat ad infirmum, ut cognoscat, num sit bene dispositus ad suscipiendum sacrum viaticum, et utrum velit aliqua peccata confiteri, et illum audiat, atque absolvat, quamvis prius deberet esse rite confessus, nisi necessitas aliter urgeat.

4. Postea facta de more confessione generali, sive ab infirmo, sive ejus nomine ab alio, sacerdos dicit:

Misereatur . . . Indulgentiam . . .

5. Deinde facta genuflexione, accipit sacramentum de vasculo, atque illud elevans ostendit infirmo dicens:

Ecce Agnus Dei, ecce qui tollit peccata mundi.

et more solito ter dicat:

Dómine non sum dignus, ut intres sub tectum meum; sed tantum dic verbo, et sanabitur ánima mea.

6. Et infirmus simul cum sacerdote dicat eadem verba, saltem semel, submissa voce. Tum sacerdos dans infirmo Eucharistiam, dicat:

Accipe, frater (vel soror), viaticum córporis Dómini nostri Jesu Christi, qui te custódiat ab hoste maligno, et perducát in vitam aetérnam. Amen.

7. Si vero communio non datur per modum viatici, dicat more ordinario:

Corpus Dómini nostri Jesu Christi custódiat ánimam tuam in vitam aetérnam. Amen.

8. Quod si mors immineat, et periculum sit in mora, tunc dicto Misereatur . . ., prædictis precibus omnibus, vel ex parte omissis, ei statim viaticum præbeatur.

9. Postea sacerdos abluat digitos, nihil dicens: et infirmo detur ablutio. Deinde dicat:

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Heiliger Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott, zu Dir flehen wir voll gläubigen Vertrauens, laß unserm Bruder (unserer Schwester) den Empfang des hochheiligen Leibes unseres Herrn Jesu Christi, Deines lieben Sohnes, am Leibe und an der Seele zum ewigen Heile erreichen. Um dies bitten wir Dich durch denselben Christum, unsern Herrn, der mit Dir und dem Heiligen Geiste lebt und regiert von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.

10. His expletis, si altera particula sacramenti non superfuerit, sacerdos extenta manu dextera, benedicit dicens:

Der Segen des allmächtigen Gottes des Vaters, und des Sohnes †, und des Heiligen Geistes komme über euch herab und bleibe bei euch allezeit.

R. Amen.

11. Quodsi altera particula sacramenti superfuerit, sacerdos genuflectit, surgit, et accipiens vas cum sacramento, facit cum eo signum crucis super infirmum, nihil dicens, et reverenter illud deferens, ordine quo venerat, revertitur ad ecclesiam, dicendo psalmum

Laudáte Dóminum de cælis . . .

et alios psalmos et hymnos, prout tempus feret.

12. *Cum pervenerit ad ecclesiam, ponit sacramentum super altare, adorat, deinde dicit:*

- V. Panem de cœlo præstitisti eis.
 R. Omne delectaméntum in se habéntem.
 V. Dóminus vobíscum.
 R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tríbue, quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus: qui vivis et regnas cum Deo Patré in unitáte Spírítus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

13. *Postea cum sacramento in pyxide velo cooperta faciat signum crucis super populum, nihil dicens. Postremo illud in loco suo reponat.*

11. Ordo ministrandi sacramentum extremæ unctionis

(germanice)

1. *Sacerdos Sacramentum extremae unctionis ministraturus, quantum fieri poterit, parari curet apud infirmum mensam mappa candida coopertam, itemque vas, in quo sit bombacium, seu quid simile in septem globulos distinctum, ad abstergendas partes inunctas; medullam panis ad detergendos digitos; et aquam ad abluendas sacerdotis manus; ceream item candelam, quæ deinde accensa ipsi ungenti lumen præbeat. Denique operam dabit, ut quanta poterit munditia ac nitore hoc sacramentum ministretur.*

2. *Cum perventum fuerit ad locum, ubi jacet infirmus, sacerdos intrans cubiculum, dicit:*

- V. Friede sei diesem Hause.
 R. Und allen, die darin wohnen.

3. *Deinde deposito oleo super mensam, superpelliceo, stolaque violacea indutus, ægroto crucem pie deosculandam porrigit; mox in modum crucis eum aqua benedicta, et cubiculum, et circumstantes aspergit, dicens antiphonam:*

Bespreng mich mit Ysop, ...

ut supra p. 53. Si autem sacramentum unctionis jam statim post acceptam s. communionem ministratur infirmo, ista omittuntur. Quod si ægrotus voluerit confiteri, audiat illum, et absolvat. Deinde piis verbis illum consoletur, et de huius sacramenti vi, atque efficacia, si tempus ferat, breviter admoneat: et quantum opus sit, ejus animam confirmet, et in spem erigat vitæ æternæ.

4. *Postea dicat:*

- V. Unsere Hilfe ist im Namen des Herrn.
 R. Der Himmel und Erde gemacht hat.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Es ziehe ein, Herr Jesus Christus, in dieses Haus bei unserm demütigen Eintritt ewige Glückseligkeit, göttlicher Segen, ungetrübte Freude, fruchtbringende Liebe und dauernde Gesundheit. Weichen mögen von diesem Orte die Versuchungen des bösen Feindes. Die Engel des Friedens mögen sich nahen, und jede unheilvolle Zwietracht verlasse dieses Haus. — Verherrliche, o Herr, über uns Deinen heiligen Namen: und verleihe Deinen Segen † durch unsern Besuch. Heilige unsern demütigen Eintritt, der Du heilig bist und gütig und mit dem Vater und dem Heiligen Geiste lebest von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Lasset uns beten und unsern Herrn Jesum Christum bitten, daß er diese Wohnung † segne und alle, die darin weilen; daß er ihnen den guten Engel zum Schutze gebe und ihnen verleihe, ihm zu dienen und die Wunder seines Gesetzes zu betrachten. — Er möge abhalten von ihnen alle feindlichen Gewalten, möge sie befreien von aller Furcht und Verwirrung und sie gesund erhalten in diesem Wohngemach — er, der mit dem Vater und dem Heiligen Geiste lebt und regiert als wahrer Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit. Amen.

Lasset uns beten.

Erhöre uns, heiliger Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott, und sende gnädig Deinen heiligen Engel vom Himmel, daß er alle Bewohner dieses Hauses bewache, pflege, schirme, begleite und verteidige. Durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

5. *Quæ orationes, si tempus non patiat, ex parte, vel in totum poterunt omitti. Tum de more facta confessione generali, latino, vel vulgari sermone, sacerdos dicat:*

Misereatur ... Indulgentiam ...

6. *Antequam parochus incipiat ungere infirmum, moneat adstantes, ut pro illo orent, et ubi commodum fuerit, pro loco et tempore, et astantium numero, vel qualitate recitent septem psalmos pœnitentiales cum litanis, vel alias preces, dum ipse unctionis sacramentum administrat. Mox dicat:*

In nómine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti, extinguat in te omnis virtus diaboli per impositionem mánuum nostrárum, et per invocationem ómnium sanctorum angelórum, archangelórum, patriarchárum, prophetárum, apostolórum, mártýrum, confessórum, virginum, atque ómnium simul sanctorum. Amen.

7. *Minister vero, si est in sacris, vel ipsemet sacerdos, post quamlibet unctionem, tergat loca inuncta novo globulo bombacii, vel rei similis, eumque in vase mundo reponat, et ad ecclesiam postea deferat, comburat, cineresque projiciat in sacrarium.*

8. *Deinde intincto pollice in oleo sancto, in modum crucis ungit infirmum in partibus hic subscriptis, aptando proprio loco verba formæ in hunc modum:*

Ad oculos.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per visum deliquisti. Amen.

Ad aures.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per auditum deliquisti. Amen.

Ad nares.

Per istam sanctam unctionem †, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per odorátum deliquisti. Amen.

Ad os, compressis labiis.

Per istam sanctam unctionem ✠, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gustum et locutiómem deliquísti. Amen.

Ad manus.

Per istam sanctam unctionem ✠, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per tactum deliquísti. Amen.

9. *Et adverte, quod sacerdotibus manus non inunguntur interius, sed exterius.*

Ad pedes.

Per istam sanctam unctionem ✠, et suam piissimam misericórdiam, indúlgeat tibi Dóminus quidquid per gressum deliquísti. Amen.

10. *In casu autem veræ necessitatis, sacerdos ungens in fronte vel in aliquo sensu, vel in pectore, dicit:*

Per istam sanctam unctionem ✠, indúlgeat tibi Dóminus quidquid deliquísti. Amen.

Cessante periculo sub conditione repetendæ sunt singulæ unctiones in singulis sensibus sub suis particularibus formis, et supplenda cetera omissa.

11. *Quibus omnibus peractis, sacerdos dicit:*

Herr, erbarme Dich unser. Christus, erbarme Dich unser.
Herr, erbarme Dich unser.

Vater unser . . .

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Übel.

V. Behüte Deinen Diener (Deine Dienerin).

R. Der (die) auf Dich hofft, mein Gott.

V. Sende Hilfe ihm (ihr), o Herr, von Deinem Heiligtume,

R. Und von Sion aus beschütze ihn (sie).

V. Sei ihm (ihr), o Herr, ein fester Turm

R. Vor dem Angesichte des Feindes.

V. Nichts soll der Feind wider ihn (sie) vermögen.

R. Und der Sohn der Ungerechtigkeit soll ihm (ihr) nicht weiter schaden.

V. Herr, erhöre mein Gebet.

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

O Herr und Gott, der Du durch Deinen Apostel Jakobus gesprochen hast: „Ist jemand krank unter euch, so rufe er die Priester der Kirche zu sich, und sie sollen über ihn beten und ihn mit Öl salben im Namen des Herrn; und das Gebet des Glaubens wird dem Kranken zum Heile sein, und der Herr wird ihn aufrichten, und wenn er Sünden auf sich hat, so werden sie ihm vergeben werden“; lindere, wir bitten Dich, unsern Erlöser, durch die Gnade des Heiligen Geistes die Schwäche dieses (dieser) Kranken, heile seine (ihre) Wunden und vergib ihm (ihr) die Sünden, laß weichen von ihm (ihr) alle Schmerzen und verleihe gnädig volle Genesung an Leib und Seele, damit er (sie), mit Hilfe Deiner Erbarmungen wiederhergestellt, zu seinen (ihren) früheren Berufsgeschäften zurückkehre, der Du mit dem Vater und dem Heiligen Geiste als wahrer Gott lebest und regierest von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.

Lasset uns beten.

Siehe gnädig herab, wir bitten Dich, o Herr, auf Deinen Diener (Deine Dienerin) N., der (die) unter den Leiden des Körpers schwach wird, und stärke seine (ihre) Seele, die Du erschaffen; laß ihn (sie), durch Heimsuchungen gebessert, es fühlen, daß er (sie) durch Deine Hilfe gerettet worden sei. Durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

Lasset uns beten.

Heiliger Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott, der Du Deinen Gnadensegen ausgießest über die Kranken und Deine Geschöpfe mit vieler Güte beschütze, komme uns zu Hilfe, die wir Deinen Namen anrufen, befreie Deinen Diener (Deine Dienerin) von seiner (ihrer) Krankheit und schenke ihm (ihr) die Gesundheit wieder, richte Du ihn (sie) auf mit Deiner Hand, stärke ihn (sie) durch Deine Macht, und gib ihm (sie) in der ersehnten vollen Gesundheit Deiner heiligen Kirche zurück. Durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

12. *Ad extremum, pro personæ qualitate, salutaria monita breviter præbere poterit, quibus infirmus ad moriendum in Domino confirmetur, et ad fugandas dæmonum tentationes roboretur.*

13. *Denique aquam benedictam, et crucem, nisi aliam habeat, coram eo relinquat, ut illam frequenter aspiciat, et pro sua devotione osculetur et amplectatur.*

14. *Admoneat etiam domesticos et ministros infirmi, ut si morbus ingravescat, vel infirmus incipiat agonizare, statim ipsum parochum accersant, ut morientem adjuvet, ejusque animam Deo commendat: sed si mors immineat, priusquam discedat, sacerdos animam Deo rite commendabit.*

12. Benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis.

1. *Benedictio Apostolica cum indulgentia plenaria in articulo mortis cum soleat impertiri post Sacramenta Pœnitentiæ, Eucharistiæ et Extremæ Uctionis illis infirmis, qui vel illam petierint, dum sana mente et integris sensibus erant, seu verisimiliter petiissent, vel dederint signa contritionis; impertienda iisdem est, etiam si postea linguæ, ceterorumque sensuum usu sint destituti, aut in delirium vel mentiam inciderint. Excommunicatis vero, impœnitentibus, et qui in manifesto peccato mortali moriuntur, est omnino deneganda.*

2. *Parochus aliisque Sacerdos qui infirmo assistat, superpelliceo et stola violacea indutus, ingrediendo cubiculum, ubi jacet infirmus, dicat: Pax huic domui . . . ac deinde ægrotum, cubiculum et circumstantes aspergat aqua benedicta, dicendo Antiphonam: Asperges me, . . .*

3. *Quod si ægrotus velit confiteri, audiat illum, et absolvat. Si confessionem non petat, excitet illum ad eliciendum actum contritionis; de hujus Benedictionis efficacia ac virtute, si tempus ferat, breviter admoneat; tum instruat, atque hortetur, ut sanctissimum nomen Jesu, corde saltem, invocet, morbi incommoda ac dolores in anteaactæ vitæ expiationem libenter perferat, Deoque sese paratum offerat ad ultro acceptandum, quidquid ei placuerit, et mortem ipsam patienter obeundam in satisfactionem pœnarum, quas peccando promeruit.*

4. *Tum piis ipsum verbis consoletur, in spem erigens, fore, ut ex divinæ munificentiæ largitate eam pœnarum remissionem, et vitam sit consecuturus æternam. Quod fieri potest sequentibus vel similibus verbis:*

Ich gebe Ihnen jetzt noch den päpstlichen Segen, mit dem ein vollkommener Ablass in der Sterbestunde verbunden ist. Machen Sie gleich jetzt die Meinung, daß Sie diesen Ablass gewinnen wollen. Ergeben Sie sich ganz in den Willen

Gottes, rufen Sie öfter den Namen Jesus vertrauensvoll an und beten Sie jetzt still mit, was ich vorbete:

O Gott, nochmals bereue ich alle Sünden meines Lebens. Ich will diese Krankheit und den Tod aufopfern als Sühne für alles, wodurch ich Dich beleidigt habe. Ich ergebe mich ganz in Deinen heiligen Willen. Tue mit mir, wie es zu meinem Besten ist. Dein Wille geschehe! — Mein Jesus, Barmherzigkeit! Jesus, sei mir gnädig; Jesus, sei mir barmherzig; Jesus, verzeihe mir alle meine Sünden!

5. Postea dicat:

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Antiphona: Ne reminiscáris, Dómine, delicta fámuli tui (fámulae tuae): neque vindictam sumas de peccátis ejus.

Kyrie, eléison. Christe, eléison. Kyrie, eléison.

Pater noster . . . *secreto usque ad*

V. Et ne nos indúcas in tentatiónem.

R. Sed líbera nos a malo.

V. Salvum (-am) fac servum tuum (ancíllam tuam).

R. Deus meus, sperántem in te.

V. Dómine, exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Clementíssime Deus, Pater misericordiárum, et Deus totíus consolatiónis, qui néminem vis períre in te credéntem, atque sperántem: secúndum multitudínem miseratiónum tuárum respice propítius fámulum tuum N., quem (fámulam tuam N., quam) tibi vera fides, et spes christiána comméndant. Vísita eum (eam) in salutári tuo, et per Unigéniti tui passiónem et mortem, ómnium ei delictórum suórum remissiónem, et véniam eleménter indúlge; ut ejus ánima in

hora éxitus sui te júdicem propitiátum invéniat, et, in ságuine ejúsdem Fílii tui ab omni mácula ablúta, transire ad vitam mereátur perpétuam. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

6. Tunc, dicto ab uno e Clericis astantibus Confíteor . . . Sacerdos dicat: Misereátur et Indulgéntiam ac deinde:

Dóminus noster Jesus Christus, Fílius Dei vivi, qui beáto Petro Apóstolo suo dedit potestátem ligándi atque solvéndi, per suam piíssimam misericórdiam recípiat confessiόnem tuam, et restítuat tibi stolam primam, quam in baptísmate recepísti. Et ego facultáte mihi ab Apostólicá Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiόnem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii †, et Spíritus Sancti.

R. Amen.

Per sacrosáncta humánæ reparatiónis mystéria remíttat tibi omnipotens Deus omnes præséntis et futúráe vitæ pœnas, paradísi portas apériat, et ad gáudia sempitérna perdúcat.

R. Amen.

Benedícat te omnipotens Deus, Pater, et Fílius †, et Spíritus Sanctus.

R. Amen.

7. Si vero infirmus sit adeo morti proximus, ut neque confessionis generalis faciendæ, neque præmissarum precum recitandarum suppetat tempus, statim Sacerdos Benedictionem ei impertiatur, dicendo:

Ego, facultáte mihi ab Apostólicá Sede tribúta, indulgéntiam plenáriam et remissiόnem ómnium peccatórum tibi concédo. In nómine Patris, et Fílii †, et Spíritus Sancti.

R. Amen.

Per sacrosáncta . . . *ut supra.*

Benedícat te . . . *ut supra.*

In casu vero necessitatis sufficit dicere:

Ego, facultate mihi ab Apostolica Sede tributa, indulgentiam plenariam, et remissionem omnium peccatorum tibi concedo, et benedico te. In nomine Patris, et Filii †, et Spiritus Sancti.

R. Amen.

Quando hujusmodi Benedictio Apostolica pluribus simul infirmis impertitur, omnia dicuntur semel ut supra, singulari tantum numero in pluralem immutato.

Deinde Sacerdos sequentes preces, quanta poterit majori devotione, dicat, admoneatque domesticos et circumstantes, ut simul orent pro moriente.

13. Ordo ad juvandos morientes

Si jam periculum mortis immineat, hortetur infirmum, et excitet, ut dum mente viget, eliciat actus fidei, spei, et caritatis, aliarumque virtutum, nempe:

Ut firmiter credat omnes articulos fidei, et quidquid sancta romana Ecclesia catholica et apostolica credit, et docet.

Ut speret, Christum Dominum nostrum pro sua immensa clementia sibi fore propitium; et merito ejus sanctissimae passionis, et per intercessionem B. Mariae, et omnium sanctorum, se vitam aeternam consecuturum.

Ut toto corde diligat et maxime diligere cupiat Dominum Deum ea dilectione, qua illum diligunt beati sanctique omnes.

Ut ob amorem Dei doleat ex corde de omni offensa, qualitercumque contra Dominum Deum et proximum commissa.

Ut ex corde ob amorem Dei parcat omnibus, qui sibi quoquo modo fuerint molesti, aut inimici.

Ut ab iis veniam postulet, quos aliquando dictis aut factis offendit.

Ut quem patitur dolorem et morbi molestiam, propter Deum in poenitentiam peccatorum suorum patienter toleret.

Ut si Dominus sibi salutem corporis praestare dignabitur, proponat de cetero pro viribus suis a peccatis cavere, et ejus mandata servare.

Hortetur praeterea, ut eo modo quo potest saltem ex corde ita per intervalla precetur:

Miserere mei Deus: secundum magnam misericordiam tuam.

In te Dómine sperávi: non confúndar in ætérnum.

In manus tuas Dómine comméndo spíritum meum: redemísti me Dómine, Deus veritátis.

Deus in adjutórium meum inténde: Dómine ad adjuvándum me festína.

Esto mihi Dómine in Deum protectórem.

Deus propítius esto mihi peccatóri.

Dulcíssime Dómine Jesu Christe, per virtútem sanctíssimæ passiónis tuæ, récipe me in númerum electórum tuórum.

Dómine Jesu Christe, súscipe spíritum meum.

Maria mater grátia, mater misericórdia, tu me ab hoste prótege, et hora mortis súscipe.

Sancte ángele Dei, mihi custos assíste.

Omnes sancti ángeli et omnes sancti, intercédite pro me, et mihi succúrrite.

Haec, et his similia poterit prudens sacerdos vulgari sermone, pro personæ captu, morienti suggerere.

Posteá Salvatoris nostri crucífixi imaginem ægroto osculandam præbeat, verbis efficacibus eum ad spem æternæ salutis erigens, ipsamque imaginem coram eo ponat, ut illam aspiciens, salutis suæ spemumat.

2. Deinde accensa candela, genibus flexis, cum omnibus circumstantibus breves litanias devòte recitet, in hunc modum:

Herr, erbarme Dich unser!

Christus, erbarme Dich unser!

Herr, erbarme Dich unser!

Heilige Maria!

Alle heil. Engel und Erzengel!

Heiliger Abel!

Du ganzer Chor der Gerechten!

Heiliger Abraham!

Heiliger Johannes der Täufer!

Heiliger Joseph!

Bitte (bittet) für
ihn (sie)!

Alle heiligen Patriarchen und Propheten!

Heiliger Petrus!

Heiliger Paulus!

Heiliger Andreas!

Heiliger Johannes!

Alle heiligen Apostel und Evangelisten!

Alle heiligen Jünger des Herrn!

Alle heiligen unschuldigen Kinder!

Heiliger Stephanus!

Heiliger Laurentius!

Alle heiligen Martyrer!

Heiliger Silvester!

Heiliger Gregorius!

Heiliger Augustinus!

Alle heiligen Bischöfe und Bekenner!

Heiliger Benediktus!

Heiliger Franziskus!

Heiliger Kamillus!

Heiliger Johannes von Gott!

Alle heiligen Mönche und Einsiedler!

Heilige Maria Magdalena!

Heilige Luzia!

Alle heiligen Jungfrauen und Witwen!

Alle Heiligen Gottes!

Sei ihm (ihr) gnädig! — Verschone ihn (sie), • Herr!

Sei ihm (ihr) gnädig! — Erlöse ihn (sie), o Herr!

Sei ihm (ihr) gnädig!

Von Deinem Zorne,

Von der Gefahr des Todes,

Von einem bösen Tode,

Von den Strafen der Hölle,

Von allem Übel,

Von der Gewalt des bösen Feindes,

Durch Deine Geburt,

Bitte (bittet)
für ihn (sie)!

Erlöse ihn
(sie), • Herr!

Durch Dein Kreuz und Leiden,	} Erlöse ihn (sie), o Herr!
Durch Deinen Tod und Dein Begräbnis,	
Durch Deine glorreiche Auferstehung,	
Durch Deine wunderbare Himmelfahrt,	
Durch die Gnade des Heiligen Geistes,	
Am Tages des Gerichtes, [des Trösters,]	

Wir armen Sünder, — wir bitten Dich, erhöre uns!
Daß Du ihn (sie) verschonest, — wir bitten Dich erhöre uns!

Herr, erbarme Dich unser!
Christus, erbarme Dich unser!
Herr, erbarme Dich unser!

Ziehe hin, o christliche Seele! aus dieser Welt, im Namen Gottes, des allmächtigen Vaters, der dich erschaffen hat; im Namen Jesu Christi, des Sohnes des lebendigen Gottes, der für dich gelitten hat; im Namen des Heiligen Geistes, der über dich ausgegossen worden ist; im Namen der Engel und Erzengel; im Namen der Throne und Herrschaften; im Namen der Fürstentümer und Mächte; im Namen der Cherubim und Seraphim; im Namen der Patriarchen und Propheten; im Namen der heiligen Apostel und Evangelisten; im Namen der heiligen Martyrer und Bekenner; im Namen der heiligen Mönche und Einsiedler; im Namen der heiligen Jungfrauen und aller Heiligen Gottes! Heute noch mögest du in das Haus des Friedens aufgenommen werden, heute noch wohnen im heiligen Sion. Durch denselben Christum unsern Herrn.

R. Amen.

Barmherziger Gott! Gnädiger Gott! O Gott, der Du nach der Fülle Deiner Erbarmungen die Sünden der Bußfertigen auslöschest und die Schuld der begangenen Missetaten durch die Gnade der Nachlassung tilgest, siehe huldreich auf diesen Deinen Diener (diese Deine Dienerin) N., und erhöre ihn (sie), da er (sie) Dich aus ganzem

Herzen um Vergebung aller seiner (ihrer) Sünden anfleht. Erneuere, o liebevoller Vater, an dieser Seele, was an ihr durch menschliche Schwachheit entstellt oder durch die List des Satans verletzt worden ist, und vereinige sie als erlöstes Glied mit dem einen Leibe der heiligen Kirche. Erbarme Dich, o Herr! Um ihrer Seufzer, erbarme Dich, um ihrer Tränen willen! Und da sie einzig und allein auf Deine Barmherzigkeit vertraut, so lasse sie die Gnade der Aussöhnung mit Dir erfahren. Durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

Geliebtester Bruder (geliebteste Schwester), ich empfehle dich dem allmächtigen Gott und übergebe dich dem, dessen Geschöpf du bist, damit du, wenn du durch den Tod die Schuld deiner Menschennatur bezahlt hast, zu deinem Schöpfer zurückkehrst, der dich aus Erdenstaub gebildet hat. Wenn also deine Seele aus dem Leibe scheidet, eile ihr entgegen die glänzende Schar der seligen Geister. Die Apostel, als Israels Richter, mögen dir entgegenkommen; der Blutzugeng siegreiches Heer heiße dich willkommen; dich umgebe, mit Lilien in den Händen, die Schar hellleuchtender Bekenner. Mit Wonnejubel empfangе dich der Freudenchor jungfräulicher Seelen. Aufnehmen möge dich die selige Ruhe im Schoße der Patriarchen. Es zeige sich dir Jesus Christus mit sanftem und holdseligem Angesichte und reihe dich ein in die Scharen, die seinen Thron umstehen.

Fern aber bleibe von dir alle schreckliche Finsternis, jede brennende Flamme und peinigende Qual. Es weiche von dir der boshafte Satan mit seinen Anhängern; er soll erzittern beim Anblicke der heiligen Engel, welche dich begleiten, und soll entfliehen in die grauenvolle Finsternis der ewigen Nacht. Gott erhebe sich, und seine Feinde sollen zerstreut werden, und alle, die ihn hassen, sollen

fliehen vor seinem Angesicht. Sie sollen verschwinden wie Rauch im Winde, wie Wachs im Feuer zerschmilzt, so sollen die Sünder zunichte werden vor Gottes Angesicht. Die Gerechten aber sollen an seinem Mahle teilnehmen und vor Gottes Angesicht frohlocken. Es sollen zuschanden werden alle höllischen Scharen, und die Diener des Satans sollen nicht wagen, deine Reise zu hindern.

Christus, der für dich die Qual des Kreuzes erduldet hat, erlöse dich von aller Qual! Christus, der für dich den Tod gelitten hat, erlöse dich vom ewigen Tode! Christus, der Sohn des lebendigen Gottes, geleite dich in sein Paradies, auf seine ewig blühenden, lieblichen Auen, und er, der wahre Hirt, wolle dich unter seine Schäflein zählen! Er spreche dich los von allen deinen Sünden und stelle dich zu seiner Rechten in die Schar seiner Auserwählten. Mögest du deinen Erlöser sehen von Angesicht zu Angesicht und allezeit bei ihm sein und mit seligen Augen die ganz enthüllte Wahrheit schauen! Gehe ein in die Scharen der Seligen, und genieße die Süßigkeit der Anschauung Gottes von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.


Nimm auf, o Herr, Deinen Diener (Deine Dienerin) in die Wohnung des Heiles, die er (sie) von Deiner Erbarmung zu hoffen hat. Wir bitten Dich, o Herr, gedenke nicht der Sünden seiner (ihrer) Jugend, sondern sei nach der Fülle Deiner Erbarmungen seiner (ihrer) eingedenk im Reiche Deiner Herrlichkeit. Laß die Himmel sich ihm (ihr) öffnen und die Engel sich mit ihm (ihr) erfreuen. Nimm auf, o Herr, Deinen Diener (Deine Dienerin) in Dein Reich.

Per hujus aquæ aspersionem det tibi Dóminus grátiam et benedictiónem.

R. Amen.

21. De benedicendis nuptiis jubilæis

(germanice)

1. Quando conjuges nuptiarum solemnia post viginti quinque vel quinquaginta annos repetere et cum gratiarum actione celebrare voluerint, parochus facta convenienti adhortatione conjuges faciat propositum renovare permanendi cum pace divina usque ad mortem in societate conjugii. Ipsosque alloqui poterit modo sequenti:

Ein halbes Jahrhundert ist (fünfundzwanzig Jahre sind) vergangen, seitdem Sie, in Christo Geliebte, den Bund ehelicher Liebe und Treue vor Gottes Altar geschlossen haben. Ernst und feierlich war Ihnen die Stunde, in welcher damals der Priester den Segen Gottes über Ihre Verbindung aussprach; ernst und feierlich muß Ihnen auch die gegenwärtige Stunde sein, in welcher Sie heute den Bund der Liebe und Treue erneuern. (Großes hat der Herr in Ihrem Ehestande an Ihnen getan, und mit Recht freuen Sie sich über das väterliche Walten des Allmächtigen.) In zuversichtlicher Hoffnung sahen Sie vor fünfzig (fünfundzwanzig) Jahren in die Zukunft; mit dankerfülltem Herzen wenden Sie jetzt den Blick in die Vergangenheit. Ja, danken Sie dem Herrn, der Sie an seiner Vaterhand bis hierher gnädig geleitet hat, danken Sie ihm für die Erweise der Huld, mit denen er Ihr gemeinschaftliches Leben und Wirken segnete; danken Sie ihm aber auch für die Heimsuchungen und Prüfungen, die er zu Ihrer geistigen Läuterung und Kräftigung über Sie kommen ließ. Er, der Ihnen bisher geholfen hat, wird auch ferner Ihr Helfer und Beschützer sein; alles was er Ihnen bis jetzt verliehen, ist das Unterpfand neuer Gaben und Wohlthaten.

Geloben Sie dem Allheiligen, in allen seinen Geboten und Satzungen nach dem Beispiele von Zacharias und Elisabeth unsträflich zu wandeln. Befreit von den Versuchungen, die der Jugend drohen, schmücken Sie Ihr Alter mit jeder gottgefälligen Tugend, weihen Sie sich dem Dienste des Herrn mit anhaltendem Eifer, und haben Sie von nun an bei all Ihrem Tun und Lassen nur Gottes Ehre und das Heil Ihrer unsterblichen Seelen vor Augen. Dies geloben Sie heute Gott und legen dieses Gelübde als Opfer des Dankes vor dem Altar nieder. Der Herr wird es gnädig annehmen und Ihnen im Alter seinen Beistand und zum Ende das ewige Leben verleihen.

An euch wende ich mich nun, ihr Kinder (und Enkel) dieser ehrwürdigen Jubeleltern. Erinnerung euch in diesem feierlichen Augenblicke an alle Sorgfalt und Treue, die sie euch erwiesen haben, gedenket ihrer Liebe, die durch nichts ermüdet werden konnte. Gelobet ihnen heute von neuem Ehrfurcht, Gehorsam und innige Liebe, und vereinigt euer Gebet mit dem ihrigen, daß Gott sie euch noch lange erhalte und im Frieden der Gerechten hier leben lasse.

Auch euch, liebe Mitchristen, die ihr dieser seltenen Feier teilnehmend beiwohnt, fordere ich jetzt zu gemeinschaftlichem Gebete auf.

2. Tunc dicit:

V. Unsere Hilfe ist im Namen des Herrn,
R. Der Himmel und Erde gemacht hat.

Antiphona:

Gnädig und barmherzig ist der Herr: langmütig und von reicher Erbarmung.

Psalm 144.

1. Ich will Dich loben, Gott, mein König: * und Deinen Namen preisen immerdar und ewig.

2. Ich will Dich preisen jeden Tag: * und Deinen Namen loben immerdar und ewig.

3. Groß ist der Herr und würdig jeden Lobes: * und seiner Größe ist kein Ziel gesetzt.

4. Ein Geschlecht erzählt dem andern seine Werke: * und verkündet seine große Macht.

5. Gnädig und barmherzig ist der Herr: * langmütig und von reicher Erbarmung.

6. Der Herr ist liebevoll gegen alle: * und voll Barmherzigkeit für alles, was er schuf.

7. Der Herr stützt alle, die zu sinken drohen: * und richtet die Gebeugten wieder auf.

8. Aller Augen warten auf Dich, o Herr: * und Du gibst ihnen Speise zu rechter Zeit.

9. Du öffnest Deine milde Hand: * und sättigst, was da lebt, mit Segen.

10. Gerecht ist unser Herr auf allen seinen Wegen: * und heilig in allen seinen Werken.

11. Nahe ist der Herr allen, die zu ihm rufen: * allen, die ihn anrufen von Herzen.

12. Er tut den Willen derer, die ihn fürchten: * erhört ihr Flehen und rettet sie.

13. Der Herr behütet alle, die ihn lieben: * jedoch die Sünder vertilgt er.

14. Es soll mein Mund sein Lob verkünden: * und alles, was da lebt, soll preisen seinen Namen allezeit und ewig.

15. Ehre sei dem Vater, und dem Sohne, und dem Heiligen Geiste: * wie sie war im Anfange, jetzt und allezeit, und in Ewigkeit.

R. Amen.

Antiphona:

Gnädig und barmherzig ist der Herr: langmütig und von reicher Erbarmung.

V. Herr, erbarme Dich unser.

R. Christus, erbarme Dich unser. Herr, erbarme Dich unser.

Vater unser . . . *secreto.*

V. Und führe uns nicht in Versuchung.

R. Sondern erlöse uns von dem Übel.

V. Behüte Deine Diener.

R. Die auf Dich hoffen, mein Gott.

V. Sende Hilfe ihnen, o Herr, von Deinem Heiligtume.

R. Und von Sion aus beschütze sie.

V. Sei ihnen, o Herr, ein fester Turm.

R. Vor dem Angesichte des Feindes.

V. Herr, erhöre mein Gebet.

R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.

V. Der Herr sei mit euch.

R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Allmächtiger, ewiger Gott, wir danken Dir aus innig gerührtem Herzen, daß Du diesen Ehebund, welcher dereinst in Deinem Namen geschlossen wurde, durch Deine Macht gnädig erhalten hast. Erneuere jetzt Deinen Segen, und lasse Dein Wohlgefallen an diesen Eheleuten sichtbar bleiben bis zu ihrem seligen Ende. Durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

3. Tunc sacerdos alloquitur sponsos:

Nun, in Christo Geliebte, reichet euch nochmals, wie vor fünfzig (fünfundzwanzig) Jahren, die Hände, und empfanget den Segen.

Junctas deinde conjugum dexteras stola circumvolvat, dicens:

Gott, in dessen Händen Leben und Tod der Menschen ist, der Du mit väterlicher Liebe und Weisheit ihre Schicksale leitest, segne † die, welche wir jetzt segnen; mehre die Tage ihres Lebens, und gib ihnen Deine Gnade, damit sie

sich ganz Deinem heiligen Dienste weihen, in christlicher Eintracht die Beschwerden des Alters geduldig ertragen (*quod omitti poterit in jubilæis viginti quinque annorum*) und einst von Dir würdig befunden werden, in das ewige Leben einzugehen. Durch Jesum Christum unseren Herrn.

R. Amen.

4. *Tunc celebretur missa, qua finita sacerdos intonat:*



Te De - um lau - dá - mus,

In cujus fine cantetur:

V. Benedicámus Patrem, et Fílium, cum Sancto Spírítu.

R. Laudémus, et superexaltémus eum in sácula.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infínitus est thesaúrus: piússimæ majestáti tuæ pro collátis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes: ut, qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non désereas, ad præmia futúra dispónas: qui vivis et regnas in sácula sæculórum.

R. Amen.

5. *Postea dat benedictionem:*

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Sit nomen Dómini benedíctum.

R. Ex hoc nunc et usque in sácula.

Benedícat vos omnipotens Deus, Pater, et Fílius †, et Spírítus Sanctus.

R. Amen.

BENEDICTIONES

1. Ordo ad faciendam aquam benedictam

1. *Diebus dómnicis, et quandocumque opus fuerit, præparato sale et aqua munda benedicenda in ecclesia, vel in sacristia, sacerdos superpelliceo et stola violacea indutus, primo dicit:*

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

2. *Deinde absolute incipit exorcismum salis:*

Exorcizo te creatúra salis, per Deum † vivum, per Deum † verum, per Deum † sanctum, per Deum, qui te per Eliséum Prophétam in aquam mitti jussit, ut sanaretur sterilitas aquæ: ut efficiáris sal exorcizátum in salútem credéntium; et sis ómnibus suméntibus te sánitas animæ et córporis; et effúgiat, atque discédat a loco, in quo aspérsum fúeris, omnis phantásia, et nequítia, vel versútia diabólicæ fraudis, omnisque spírítus immúndus, adjurátus per eum, qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sáeculum per ignem.

R. Amen.

Orémus.

Imménsam cleméntiam tuam, omnipotens ætérne Deus, humíliter implorámus, ut hanc creatúrám salis, quam in usum géneris humáni tribuísti, benedícere †, et sanctificáre † tua pietáte dignéris: ut sit ómnibus suméntibus salus mentis et córporis; et quicquid ex eo tactum, vel respérsum fúcrit, cárseat omni immundítia, omníque impugnatíone spírítuális nequítie. Per Dóminum nostrum.

R. Amen.

Exorcismus aquæ, et dicitur absolute.

Exorcízo te creatúra aquæ, in nómine Dei Patris † omnipoténtis, in nómine Jesu † Christi Filii ejus Dómini nostri, et in virtúte Spíritus † Sancti: ut fias aqua exorcizáta ad effugándam omnem potestátem inimíci, et ipsum inimícum eradicáre et explantáre váleas cum ángelis suis apostáticis, per virtútem ejúsdem Dómini nostri Jesu Christi: qui ventúrus est judicáre vivos et mórtuos, et sæculum per ignem.

R. Amen.

Orémus.

Deus qui ad salútem humáni géneris, máxima quæque sacraménta in aquárum substántia condidísti: adésto propítius invocatióibus nostris, et eleménto huic multímodis purificatióibus præparáto, virtútem tuæ benedictiōnis † infúnde; ut creatúra tua mystériis tuis sérviens, ad abigéndonos dæmones, morbósque pelléndonos divínæ grátie summat effectum, ut quidquid in dómibus, vel in locis fidélium, hæc unda respérserit, cáreat omni immundítia, liberétur a noxa: non illic resídeat spíritus péstilens, non aura cor-rumpens: discédant omnes insídiæ laténtis inimíci; et si quid est, quod aut incolumitáti habitántium ínvidet, aut quiéti, aspersiōne hujus aquæ effúgiat: ut salúbritas per invocatiōnem sancti tui nóminis expetíta, ab ómnibus sit impugnatióibus defénsa. Per Dóminum nostrum.

R. Amen.

3. Hic ter mittat sal in aquam in modum crucis, dicendo semel:

Commixtio salis et aquæ páriter fiat, in nómine Patris †, et Filii †, et Spiritus † Sancti.

R. Amen.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus invictæ virtutis auctor, et insuperábilis impérii rex, ac semper magnificus triumphátor: qui advérsæ domina-tiōnis vires réprimis: qui inimici rugiéntis sævítiam súperas: qui hostíles nequítias poténter expúgnas: te, Dómine, treméntes et súpplices deprecámur, ac pétimus: ut hanc crea-túram salis et aquæ dignánter aspicias, benígnus illústres, pietátis tuæ rore sanctífices; ut ubicúmque fúerit aspérsa, per invocatiōnem sancti nóminis tui, omnis infestatiō im-múndi spiritus abigátur: terrórquevenenósi serpéntisprocul pellátur: et præsentia Sancti Spíritus nobis misericórdiam tuam poscéntibus, ubique adesse dignétur. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Filium tuum, qui tecum vivit et regnat in unitáte ejúsdem Spiritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

4. Postea christifideles possunt de ista aqua benedicta in vasculis suis accipere, et secum deferre ad aspergendos ægros, domos, agros, vineas, et alia, et ad eam habendam in cubiculis suis, ut ea quotidie et sæpius aspergi possint.

2. Benedictio in visitatione domorum tempore Epiphaniæ adhibenda

(latine)

1. Sacerdos domum ingressus dicat:

V. Pax huic dómui.

R. Et ómnibus habitántibus in ea.

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

Kýrie eléison. Christe eléison. Kýrie eléison.

Pater noster . . . *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatiōnem.

R. Sed libera nos a malo.

- V. Aspérge me hyssópo et mundábor.
 R. Lavábis me, et super nivem dealbábor.
 V. Dómine exaúdi oratiónem meam.
 R. Et clamor meus ad te véniat.
 V. Dóminus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Intróeat, Dómine Jesu Christe, domum hanc sub nostræ humilitátis ingrèssu, æténa felicitas, divina prospéritas, seréna lætitia, cáritas fructuósa, sánitas sempitérna: effúgiat ex hoc loco accéssus dæmonum: adsint ángeli pacis, domúmque hanc déserat omnis máli-gna discórdia. Magnífica, Dómine, super nos nomen sanctum tuum; et bénedic ✠ nostræ conversatióni: sanctífica nostræ humilitátis ingrèssum, qui sanctus et qui pius es, et pérmanes cum Patre et Spiritu Sancto in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus, et deprecémur Dóminum nostrum Jesum Christum, ut benedicéndo benedicat ✠ hoc tabernáculum, et omnes habitántes in eo, et det eis ángelum bonum custódem, et fáciat eos sibi servire ad considerándum mirabilia de lege sua: avértet ab eis omnes contrárias potestátes: erípiat eos ab omni formídine, et ab omni perturbatióne, ac sanos in hoc tabernáculo custodíre dignétur: qui, cum Patre et Spiritu Sancto vivit et regnat Deus in sæcula sæculórum. Amen.

Orémus.

Exaúdi nos, Dómine sancte, Pater omnipotens, æténe Deus: et mittere dignéris sanctum ángelum tuum de cælis, qui custódiat, fóveat, próte-gat, vísitet, atque deféndat omnes habitántes in hoc habitáculo. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

2. Postremo aqua benedicta aspergat et cruce[m] ad stantibus deosculandam porrigat.

3. Benedictio in visitatione domorum tempore Epiphaniæ adhibenda

(*germanice*)

1. Sacerdos domum ingressus dicat:

- V. Friede sei diesem Hause.
 R. Und allen, die darin wohnen.
 V. Unsere Hilfe ist im Namen des Herrn.
 R. Der Himmel und Erde gemacht hat.
 V. Herr, erbarme Dich unser!
 R. Christus, erbarme Dich unser! Herr, erbarme Dich unser!
 Vater unser . . . *secreto*.
 V. Und führe uns nicht in Versuchung.
 R. Sondern erlöse uns von dem Übel.
 V. Besprenge mich mit Ysop, Herr, und ich werde rein.
 R. Wasche mich, und weißer werde ich als der Schnee.
 V. Herr, erhöre mein Gebet.
 R. Und laß mein Rufen zu Dir kommen.
 V. Der Herr sei mit euch.
 R. Und mit deinem Geiste.

Lasset uns beten.

Es ziehe ein, Herr Jesus Christus, in dieses Haus bei unserm demütigen Eintritt ewige Glückseligkeit, göttlicher Segen, ungetrübte Freude, fruchtbringende Liebe und dauernde Gesundheit. Weichen mögen von diesem Orte die Versuchungen des bösen Feindes. Die Engel des Friedens mögen sich nahen, und jede unheilvolle Zwietracht verlasse dieses Haus.

Verherrliche, o Herr, über uns Deinen heiligen Namen: und verleihe Deinen Segen ✠ durch unsern Besuch. Heilige unsern demütigen Eintritt, der Du heilig bist und gütig und mit dem Vater und dem Heiligen Geiste lebest von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.

Lasset uns beten und unsern Herrn Jesum Christum bitten, daß er diese Wohnung † segne und alle, die darin weilen; daß er ihnen den guten Engel zum Schutze gebe und ihnen verleihe, ihm zu dienen und die Wunder seines Gesetzes zu betrachten. — Er möge abhalten von ihnen alle feindlichen Gewalten, möge sie befreien von aller Furcht und Verwirrung und sie gesund erhalten in diesem Wohngemach, — er, der mit dem Vater und dem Heiligen Geist lebt und regiert als wahrer Gott von Ewigkeit zu Ewigkeit.

R. Amen.

Lasset uns beten.

Erhöre uns, heiliger Herr, allmächtiger Vater, ewiger Gott, und sende gnädig Deinen heiligen Engel vom Himmel, daß er alle Bewohner dieses Hauses bewache, pflege, schirme, begleite und verteidige. Durch Christum unsern Herrn.

R. Amen.

2. Postremo aqua benedicta aspergat et crucem adstantibus deosculandam porrigat.

4. Benedictio simplex crucis

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Benedic †, Domine Jesu Christe, hanc crucem, per quam eripuisti mundum a potestate dæmonum, et superasti passionem tuam suggestorem peccati, qui gaudébat in prævaricatione primi hominis per ligni vêtiti sumptionem.

Hic aspergat aqua benedicta:

Sanctificétur hoc signum crucis in nómine Patris †, et Filii † et Spiritus † Sancti, ut orántes, inclinántesque se propter Dóminum ante istam crucem, invéniant córporis et ánimæ sanitátem. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

2. Postea sacerdos genuflexus ante crucem devote adorat, et osculatur, et idem faciunt quicumque voluerint.

5. Benedictio simplex iconum seu imaginum Dei et sanctorum

V. Adjutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Omnípotens sempitérne Deus, majestátem tuam suppliciter exorámus, ut icónem hanc, in qua gloriosíssimæ imágines Filii tui Dómini nostri Jesu Christi, (vel imágines gloriósæ Virginis Mariæ, vel sanctorum N.) depictæ (repræsentátæ) sunt, benedicere †, et sanctificáre † dignéris: ante quam quicumque ob devotiónem ad ipsam venerándam se devóte inclináverint, salútem mentis et córporis consequántur, et a cunctis periculis liberéntur; et quidquid juste petierint, obtinére mercántur. Per eúndem Dóminum nostrum.

R. Amen.

Aspergantur aqua benedicta.

6. Benedictio simplex rosarii

Orémus.

Benedic, Domine Jesu, fili Mariæ, hoc rosárium (vel hanc corónam) in honórem sanctíssimæ genitricis tuæ institútum

(vel institutam) et concede, ut quisquis illud (vel illam) pie gestaverit, atque attente et devote recitaverit, per viscera misericordiae tuae ab omni malo et periculo liberari, gratiae tuae donis cumulari, et in exitu suo ab ipsa beatissima Virgine Maria tibi plenus bonis operibus praesentari mereatur: qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R. Amen.

Aspergatur aqua benedicta.

7. Benedictio candelarum extra diem Purificationis B. M. V.

V. Adjuutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Domine Jesu Christe, Fili Dei vivi, benedic ✠ candelas istas supplicationibus nostris: infunde eis, Domine, per virtutem sanctae crucis ✠, benedictionem caelestem, qui eas ad repellendas tenebras humano generi tribuisti, talisque benedictionem signaculo sanctae crucis ✠ accipiant, ut quibuscumque locis accensae, sive posita fuerint, discendant principes tenebrarum, et contremiscant, et fugiant pavidi cum omnibus ministris suis ab habitationibus illis, nec praesument amplius inquietare, aut molestare servientes tibi omnipotenti Deo: qui vivis et regnas in saecula saeculorum.

R. Amen.

Postmodum aspergatur aqua benedicta.

8. Benedictio domus novae

V. Adjuutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Te Deum Patrem omnipotentem suppliciter exoramus pro hac domo, et habitatoribus ejus, ac rebus: ut eam benedicere ✠, et sanctificare ✠, ac bonis omnibus ampliari digneris: tribue eis Domine de rore caeli abundantiam, et de pinguedine terrae vitae substantiam, et desideria voti eorum ad effectum tuae miserationis perducas. Ad introitum ergo nostrum benedicere ✠, et sanctificare ✠ digneris hanc domum, sicut benedicere dignatus es domum Abraham, Isaac, et Jacob: et intra parietes domus istius angeli tuae lucis inhabitent, eamque, et ejus habitatores custodiant. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

Deinde aspergat aqua benedicta.

9. Benedictio ad omnia

Haec benedictionis formula adhiberi potest a quovis sacerdote pro omnibus rebus, de quibus specialis benedictio non habetur in rituali libro.

V. Adjuutorium nostrum in nomine Domini.

R. Qui fecit caelum et terram.

V. Dominus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus verbo sanctificantur omnia, benedictionem ✠ tuam effunde super creaturam istam (vel creaturas istas):

et præsta, ut quisquis ea (vel eis) secúndum legem et voluntátem tuam cum gratiárum actióne usus fúerit, per invocatiónem sanctíssimi nóminis tui, córporis sanitátem, et ánimæ tutelam, te auctóre, percípiat. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

Deinde illam (vel illas) sacerdos aspergit aqua benedicta.

10. Benedictio candelarum in festo S. Blasii Episcopi et Martyris

V. Adjutórium nostrum in nómine Dómini.

R. Qui fecit cælum et terram.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Omnípotens et mitíssime Deus, qui ómnium mundi rerum diversitatés solo Verbo creásti, et ad hóminum reformati-
nem illud idem Verbum, per quod facta sunt ómnia, incarnári voluísti: qui magnus es, et imménsus, terribilis atque laudábilis, ac fáciens mirabilia: pro cujus fídei confessióne gloriósus Martyr et Póntifex Blásius, diversórum tormentórum génera non pavéscens, mártirii palmam feliciter est adéptus: quique eídem, inter céteras grátias, hanc prærogatívam contulísti, ut, quoscúmque gútturis morbos tua virtúte curáret; majestátem tuam suppliciter exorámus, ut non inspéctu reátus nostri, sed ejus placátus méritis et précibus, hanc ceræ creatúram benedicere ✠, ac sanctificáre ✠ tua venérabili pietáte dignéris, tuam grátiam infundéndo; ut omnes, quorum colla per eam ex bona fide tacta fúerint, a quocúmque gútturis morbo ipsíus passiónis méritis

liberéntur, et in Ecclésia sancta tua sani et hílares tibi gratiárum réferant actiónes, laudéntque nomen tuum gloriósum, quod est benedíctum in sæcula sæculórum. Per Dóminum nostrum Jesum Christum Fílium tuum: Qui tecum vivit et regnat in unitáte Spíritus Sancti Deus, per ómnia sæcula sæculórum.

R. Amen.

Et aspergantur aqua benedicta.

Deinde Sacerdos duos cereos in modum crucis aptatos apponit sub mento gutturi singulorum, qui benedicendi sunt, ipsis ante Altare genuflectentibus, dicens:

Per intercessiónem sancti Blásii, Episcopi et Mártiris, liberet te Deus a malo gútturis, et a quólibet álio malo. In nómine Patris, et Fílii ✠, et Spíritus Sancti.

R. Amen.

PRECES ET LITANIÆ

1. Benedictio populi cum aqua benedicta

DIEBUS DOMINICIS IMPERTIENDA

1. Sacerdos celebraturus, indutus pluviali coloris officio convenientis, accedit ad altare, et ibi ad gradus cum ministris genuflexus, etiam tempore paschali, primo ter aspergit altare, deinde se, et erectus ministros, incipiens antiphonam: Aspérge me. Et chorus proseguitur: Dómine hyssópo . . . ut infra. Interim celebrans aspergit clerum; deinde populum, dicens submissa voce cum ministris psalmum Miserére mei Deus.

Antiphona:



A - spér - ges me * Dómine hyssópo, et mundábor: lavábis me, et super nivem dealbábor.


Ps. Miserére mei Deus: * scéundum magnam misericórdiam tuam.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto: * Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sœcula sœculórum. Amen.

Et repetitur antiphona: Aspérge me.

2. Tempore paschali loco antiphonæ „Aspérge“ intonatur: Vidi aquam.

Antiphona:



Vi - di a - quam * egrediéntem de templo, a látere dextro, allelúja: et omnes, ad quos pervénit aqua ista, salví facti sunt, et dicent, allelúja, allelúja.

Ps. Confitémini Dómino quóniam bonus: * quóniam in sœculum misericórdia ejus.

V. Glória Patri, et Fílio, et Spirítui Sancto: * Sicut erat in principio, et nunc et semper, et in sœcula sœculórum. Amen.

Et repetitur antiphona: Vidi aquam egrediéntem.

In dominica vero Trinitatis resumitur: Aspérge me, Dómine.

3. In die sancto paschæ, et pentecostes, ubi est fons baptismalis, fit spersio cum aqua pridie benedicta in fonte baptismi, et ante infusionem olei et chrismatis accepta.

4. Finita antiphona supradicto modo, sacerdos reversus ad altare, stans ante gradus altaris junctis manibus dicat:

V. Osténde nobis Dómine misericórdiam tuam.

(Tempore paschali additur: Allelúja.)

R. Et salutáre tuum da nobis. (T. p. Allelúja.)

V. Dómine exaúdi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.

V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.


Exaúdi nos, Dómine sancte, Pater omnípotens, ætérne Deus: et mittere dignéris sanctum ángelum tuum de cœlis, qui custódiat, fóveat, próteget, vísitet, atque deféndat

omnes habitantes in hoc habitaculo. Per Christum Dominum nostrum.

R. Amen.

2. Preces in benedictione sacramentali

Finia (post litanias vel alias preces) oratione et exposito et incensato sacramento, cantatur per chorum hymnus:



1. Tan-tum er-go sa-cra-mén-tum venerémur cér-nui: et antiqum documéntum novo cedat rítui: præstet fides suppleméntum sénsuum deféctui.

Ad verba: Genitóri genitóque *incensatur iterum sacramentum*

2. Genitóri genitóque laus et jubilátio: salus, honor, virtus quoque sit et benedíctio: procedéti ab utróque compar sit laudátio. Amen.

Postea dicit sacerdos:

V. Panem de cælo præstitisti eis. (T. p. Allelúja.)

R. Omne delectaméntum in se habéntem. (T. p. Allelúja.)

et stans orationem:

Orémus.

Deus, qui nobis sub sacramento mirabili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tribue, quæsumus, ita nos cõporis et sãnguinis tui sacra mystéria venerári, ut redemptiónis tuæ fructum in nobis júgiter sentiãmus: qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Posthæc dat benedictionem et sanctissimum recondit.

3. Preces pro gratiarum actione

1. Celebrans albis indutus paramentis intonat stans hymnum:



*quem chorus
prosequitur.*

Te De - um lau - dá - mus: * te Dómi-num confitémur.

Te ætérnum Patrem * omnis terra venerátur.

Tibi omnes ángeli, * tibi cœli, et univérsæ potestátes:

Tibi chérubim et séraphim * incessábili voce proclamant:

Sanctus, sanctus, sanctus * Dóminus Deus Sábaoth.

Pléni sunt cœli et terra * majestátis glóriæ tuæ.

Te gloriósus * apostolórum chorus:

Te prophetárum * laudábilis número:

Te mártýrum candidátus * laudat exércitus.

Te per orbem terrárum * sancta confitétur Ecclésia:

Patrem * imménsæ majestátis:

Venerándum tuum verum: * et únicum Fílium:

Sanctum quoque * paráclitum Spíritum.

Tu rex glóriæ, * Christe.

Tu Patris * sempitérnus es Fílius.

Tu ad liberándum susceptúrus hóminem, * non horruísti Virgínis úterum.

Tu devícto mortis acúleo, * aperuísti credéntibus regna celórum.

Tu ad dexteram Dei sedes, * in glória Patris.

Judex créderis * esse ventúrus.

Te ergo quæsumus, tuis fãmulis súbveni, * quos pretiósó sãguine redemísti.

Ætérna fac cum sanctis tuis * in glória numerári.

Salvum fac pópulum tuum Dómine, * et benedic hæreditáti tuæ.

Et rege eos, * et extólle illos usque in ætérnum.

Per singulos dies * benedicimus te.
Et laudamus nomen tuum in sæculum, * et in sæculum
sæculi.

Dignare Dómine die isto * sine peccato nos custodire.
Miserere nostri Dómine, * miserere nostri.

Fiat misericordia tua Dómine super nos, * quemadmo-
dum speravimus in te.

In te Dómine speravi: * non confundar in ætérnum.

2. Finito hymno celebrans dicit:

V. Benedicamus Patrem, et Filium, cum Sancto Spíritu.

R. Laudemus, et superexaltemus eum in sæcula.

V. Benedictus es Dómine in firmamento cæli.

R. Et laudabilis et gloriósus, et superexaltatus in sæcula.

V. Dómine exaudi orationem meam.

R. Et clamor meus ad te veniat.

V. Dóminus vobiscum.

R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericordiæ non est número, et bonitatis
infinítus est thesaurus: piíssimæ majestati tuæ pro collatis
donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorantes:
ut qui peténtibus postulata concedis, eósdem non deserens,
ad præmia futúra dispónas: qui vivis et regnas in sæcula
sæculórum.

R. Amen.

*3. Si exponendum est sanctíssimum, exponatur et incensetur ante
intonationem hymni: Te Deum laudamus.*

Post orationem:

Deus, cujus misericordiæ ... *cantatur hymnus:* Tantum
ergo *cum V. et oratione ut supra p. 130.*

Deinde benedictio et repositio ss. sacramenti.


4. Preces ad invocationem S. Spiritus

*1. Sacerdos paramentis rubri coloris indutus intonat genuflexus
antiphonam Veni Sancte Spiritus ut infra.*



Ve-ni Sancte Spí - ri - tus, reple tuórum
corda fidélium, et tui amóris in eis ignem accénde, qui
per diversitátem linguárum cunctárum, gentes in unitáte
fidei congregásti. (T. p. Allelúja, allelúja.)

2. Vel intonet hymnum:



Ve-ni cre - á - tor Spí - ri - tus, mentes tuó-
rum vísitá, imple supérna grátia, quæ tu creásti pectora.

2. Qui díceris paráclitus, altíssimi donum Dei, fons vivus,
ignis, cáritas, et spiritalis únctio.

3. Tu septifórmis múnere, dígitus patérnæ dexteræ, tu
rite promíssum Patris, sermóne ditans gúttura.

4. Accénde lumen sénsibus, infúnde amórem córdibus,
infirma nostri córporis, virtúte firmans pérpeti.

5. Hostem repéllas lóngius, pacémque dones prótinus:
ductóre sic te prævio, vitémus omne nóxiúm.

6. Per te sciámus da Patrem, noscámus atque Fílium,
teque utriúsque Spíritum, credámus omni témpore.

7. Deo Patri sit glória, et Filio, qui a mórtuis surréxit,
ac paráclito in sæculórum sæcula.

R. Amen.

3. Finito cantu dicitur:

V. Emítte Spíritum tuum et creabúntur. (T. p. Allelúja.)

R. Et renovábis faciém terræ. (T. p. Allelúja.)

Orémus.

Deus, qui corda fidélium Sancti Spíritus illustratióne docuísti: da nobis in eódem Spíritu recta sápere, et de ejus semper consolatióne gaudére. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.


Si exponendum est sanctissimum, exportatur et incensetur ante intonationem antiphonæ vel hymni. Post orationem: Deus, qui corda cantatur hymnus: Tantum ergo cum V. et oratione ut supra pag. 130; deinde benedictio et repositio ss. sacramenti.

5. Processio in apertione S. Sepulchri

In sacra nocte gloriosissimæ Resurrectionis Dominicæ hora pro locorum consuetudine competenti sive ves pere sive mane Sacerdos indutus superpelliceo, stola et pluviali albi coloris vadit cum ministris et clero præcedentibus vexillis, thuriferariis, cruce processionali et ceroferrariis recta ad Sepulchrum, ad quod quum pervenerint, flexis genibus inchoat Antiphonam: Gloria tibi Trinitas, quam chorus cum Psalmo prosequitur et in fine repetit.

Sacerdos:

Antiphona:



Gló - ri - a - ti - bi Trí - ni - tas:

Chorus:

æquális una Déitas, et ante ómnia sáecula, et nunc et in perpétuum.

Psalmus 116.

1. Laudate Dóminum omnes gentes laudáte eum omnes pópuli.


2. Quóniam confirmáta est super nos misericórdia ejus: et véritas Dómini manet in ætérnum.

3. Glória Patri et Fílio: et Spíritui sancto.

4. Sicut erat in princípio et nunc et semper: et in sáecula sáeculórum. Amen.

Repetitur Antiphona Gloria tibi Trinitas, ut supra. Deinde

Sacerdos:



Kyrie elé - i - son.

R. Christe eléison. Kyrie eléison.

Pater noster . . . *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos a malo.

V. In resurrectione tua Christe, Alleluja.

R. Cœli et terra læténtur, Alleluja.

V. Dóminus vobíscum.


R. Et cum spíritu tuo.

Orémus.

Dómine Jesu Christe, Rex glóriæ, qui, quod olim per Prophétas promisisti, hódie devícta morte resurgéndo implésti, propter quod omnis cœlestis militía et totus terrárum orbis profúsis gáudiis te adórat et glorificat, tartáreæ quoque tremunt potéstates: præsta quæsumus, ut nos Resurrectionis tuæ memóriam devotíssime celebrántes et íntimo corde exsultántes cum ómnibus fidélibus tuis in his Paschálibus solénniis peccatórum detérsis sórdibus tibi resurgere atque sanctíssimæ Passiónis et Resurrectionis tuæ fructus capáces esse mereámur. Qui vivis et regnas Deus in sáecula sáeculórum.

R. Amen.

Finita oratione Sacerdos tabernaculum, si adest, aperit et Sanctissimum in calice reservatum in Monstrantia ponit vel eandem de throno in altari collocat, deinde remoto velo Monstrantiæ descendens triplici ductu thurificat et accepto super humeros velo albo oblongo surgit, ad Sanctissimum accedit et facta genuflexione illud elevans vertensque se ad populum intonat lingua vulgari:



Chri - stus ist er - stan - den . . .

Mox promitur statua seu imago resurrectionis D.N.J. Chr. et traditur ministro ecclesiæ seu acolytho, qui eam ante crucem processionalem deferat. Choro inceptum cantum prosequente fit circuitus intra seu extra ecclesiam secundum locorum consuetudinem præcedente cum candelis accensis clero ac thuribus antè Sanctissimum, quod sub umbella portatur, continuo fumigantibus, populo autem sequente, tintinnabulis quoque et campanis omnibus festively resonantibus.

Peracto circuitu Sacerdos ad altare majus ascendit, Venerabile super corporali prius extenso deponit ac facta de more thurificatione imagineque Resurrectionis Dominicæ super eodem altari ad cornu Evangelii collocata cantat:


V. In resurrectione tua Christe, Alleluja.

R. Cæli et terra lætèntur, Alleluja.

Orémus.

Deus, qui nos Resurrectionis Dominicæ ánnua solemnitate lætíficas: concede propítius, ut per temporália festa, quæ ágimus, pervenire ad gáudia ætérna mereámur. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.



Sacerdos: Te De - um lau - dá - mus Chorus pergit.

V. Benedicámus Patrem et Fílium cum Sancto Spírítu.

R. Laudémus et superexaltémus eum in sæcula.

V. Benedíctus es Dómine in firmaménto cæli.

R. Et laudábilis, et gloriósus, et superexaltátus in sæcula.

V. Dómine exáudi oratiónem meam.

R. Et clamor meus ad te véniat.


V. Dóminus vobíscum.

R. Et cum spírítu tuo.

Orémus.

Deus, cujus misericórdiæ non est númerus, et bonitátis infinitus est thesáurus: piíssimæ majestáti tuæ pro colátiis donis grátias ágimus, tuam semper cleméntiam exorántes; ut qui peténtibus postuláta concédis, eósdem non desérens, ad præemia futúra dispónas. Per Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.



Sacerdos Tan-tum er-go Sa-cramén-tum } Chorus
intonat: Ge-ni-tóri, Geni-tó-que } pergit

V. Panem de cælo præstitisti eis, Alleluja.

R. Omne delectaméntum in se habéntem, Alleluja.


Orémus.

Deus, qui nobis sub sacraménto mirábili passiónis tuæ memóriam reliquisti: tribue quæsumus, ita nos córporis et sánguinis tui sacra mystéria venerári; ut redemptionis tuæ fructum in nobis júgiter sentiámus. Qui vivis et regnas in sæcula sæculórum.

R. Amen.

Post orationem Sacerdós velo circumdatus oblongo Ss. Eucharistiam reverenter accipit et stans cum eadem populum in modum crucis benedicit nihil dicens et circulum perficiens, sub qua benedictione cantores silent. Postea iterata incensatione Venerabile in tabernaculo recondit. Deposito deinde velo humerali inchoat stans Ant. sequentem:

Deinde Sacerdos intonat:



Re-gí - na cœ - li

Chorus pergit. Deinde canit Sacerdos:

V. Gaude et lætare Virgo María, Alleluja.

R. Quia surrexit Dóminus vere, Alleluja.

Orémus.

Deus, qui per Resurrectiónem Fílii tui, Dómini nostri Jesu Christi, mundum lætificáre dignatus es; præsta quæsumus, ut per ejus Genitricem Vírginem Mariám perpétuæ capiámus gáudia vitæ. Per eúndem Christum Dóminum nostrum.

R. Amen.

6. Litaníæ omnium Sanctorum

(latine)

Kýrie eléison.

Christe eléison.

Kýrie eléison.

Christe audi nos.

Christe exaúdi nos.

Pater de cœlis Deus, miserére nobis.

Fili, Redémptor mundi Deus, miserére nobis.

Spiritus Sancte Deus, miserére nobis.

Sancta Trínitas unus Deus, miserére nobis.

Sancta María,

Sancta Dei génitrix,

Sancta Virgo vírginum,

Sancte Míchaël,

Sancte Gábriël,

Sancte Ráphaël,

Omnes sancti ángeli et archángeli,

Ora
(oráte)
pro nobis!

Omnes sancti beatórum spirítuum órdenes,

Sancte Joánnes Baptísta,

Sancte Joseph,

Omnes sancti patriárchæ et prophéta,

Sancte Petre,

Sancte Paule,

Sancte Andréa,

Sancte Jacóbe,

Sancte Joánnes,

Sancte Thoma,

Sancte Jacóbe,

Sancte Philíppe,

Sancte Bartholomæe,

Sancte Matthæe,

Sancte Simon,

Sancte Thaddæe,

Sancte Matthía,

Sancte Bárnaba,

Sancte Luca,

Sancte Marce,

Omnes sancti apóstoli et evangelistæ,

Omnes sancti discípuli Dómini,

Omnes sancti innocéntes,

Sancte Stéphane,

Sancte Laurénti,

Sancte Vincénti,

Sancti Fabiáne et Sebastiáne,

Sancti Joánnes et Paule,

Sancti Cosma et Damiáne,

Sancti Gervási et Protási,

Omnes sancti mártires,

Sancte Silvéster,

Sancte Gregóri,

Sancte Ambrósi,

Sancte Augustíne,

Ora (oráte) pro nobis!

Sancte Hierónyme,
 Sancte Martíne,
 Sancte Nicoláe,
 Omnes sancti pontífices et confessóres,
 Omnes sancti doctóres,
 Sancte Antóni,
 Sancte Benedicte,
 Sancte Bernárde,
 Sancte Dóminice,
 Sancte Francíse,
 Omnes sancti sacerdotés et levítæ,
 Omnes sancti mónachi et eremítæ,
 Sancta María Magdaléna,
 Sancta Agatha,
 Sancta Lúcia,
 Sancta Agnes,
 Sancta Cæcília,
 Sancta Catharína,
 Sancta Anastásia,
 Omnes sanctæ vírgines et víduæ,
 Omnes sancti et sanctæ Dei, intercédite pro nobis.
 Propítius esto, parce nobis Dómine.
 Propítius esto, exaúdi nos Dómine.
 Ab omni malo,
 Ab omni peccáto,
 Ab ira tua,
 A subitánea et improvísá morte,
 Ab insídiis diabóli,
 Ab ira, et ódio, et omni mala voluntáte,
 A spírítu fornicatiónis,
 A fúlgure et tempestáte,
 A flagélló terræmótus,
 A peste, fame, et bello,
 A morte perpétua,
 Per mystérium sanctæ incarnatiónis tuæ,

Ora (oráte) pro nobis!

Líbera nos Dómine!

Per advéntum tuum,
 Per nativitétem tuam,
 Per baptísmum et sanctum jejúnium tuum,
 Per crucem et passióem tuam,
 Per mortem et sepultúram tuam,
 Per sanctam resurrectiõem tuam,
 Per admirábilem ascensiõem tuam,
 Per advéntum Spíritus Sancti parácliti,
 In die júdicii,
 Peccatóres,
 Ut nobis parcas,
 Ut nobis indúlgeas,
 Ut ad veram pœniténtiam nos perducere dignéris,
 Ut Ecclésiám tuam sanctam régere, et conserváre dignéris,
 Ut domnum apostólicum, et omnes ecclesiásticos ordines in sancta religióe conserváre dignéris,
 Ut inimicos sanctæ Ecclésiæ humiliáre dignéris,
 Ut cuncto pópulo christiáno pacem et unitátem largíri dignéris,
 Ut omnes errántes ad unitátem Ecclésiæ revocáre, et infidèles univérsos ad Evangélii lumen perdúcere dignéris,
 Ut nosmetípsos in tuo sancto servítio confortáre, et conserváre dignéris,
 Ut mentes nostras ad cœlestia desidéria érigas,
 Ut ómnibus benefactóribus nostris sempitérna bona retribuas,
 Ut ánimas nostras, fratrum, propinquórum, et benefactórum nostrórum ab ætérna damnatióne erípias,
 Ut fructus terræ dare, et conserváre dignéris,
 Ut ómnibus fidélibus defúntis réquiem ætérnam donáre dignéris,
 Ut nos exaudíre dignéris,
 Fili Dei,

Líbera nos Dómine!

Te rogámus audi nos!

Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, parce nobis Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, exáudi nos Dómine.
 Agnus Dei, qui tollis peccata mundi, miserere nobis.
 Christe audi nos.
 Christe exáudi nos.
 Kýrie eléison.
 Christe eléison.
 Kýrie eléison.

Pater noster ... *secreto.*

V. Et ne nos indúcas in tentatióem.

R. Sed libera nos a malo.

Psalmus 69.

1. Deus in adiutorium meum intende: * Dómine ad adiuvandum me festina.
 2. Confundantur, et revereantur: * qui quaerunt animam meam.
 3. Avertantur retrorsum, et erubescant: * qui volunt mihi mala.
 4. Avertantur statim erubescentes: * qui dicunt mihi: Euge, euge.
 5. Exsultent et laetentur in te omnes qui quaerunt te: * et dicant semper: Magnificetur Dóminus: qui diligunt salutare tuum.
 6. Ego vero egenus, et pauper sum: * Deus, adjuva me.
 7. Adjutor meus, et liberator meus es tu: * Dómine ne moreris.
 8. Glória Patri. Sicut erat.
- V. Salvos fac servos tuos.
 R. Deus meus sperantes in te.
 V. Esto nobis Dómine turris fortitudinis.
 R. A facie inimici.
 V. Nihil proficiat inimicus in nobis.

- R. Et filius iniquitatis non apponat nocere nobis.
 V. Dómine non secundum peccata nostra facias nobis.
 R. Neque secundum iniquitates nostras retribuas nobis.
 V. Orémus pro pontífice nostro N.
 R. Dóminus conservet eum, et vivificet eum, et beatum faciat eum in terra, et non tradat eum in animam inimicorum ejus.
 V. Orémus pro benefactoribus nostris.
 R. Retribuere dignare Dómine omnibus nobis bona facientibus propter nomen tuum vitam aeternam. Amen.
 V. Orémus pro fidelibus defunctis.
 R. Réquiem aeternam dona eis Dómine, et lux perpetua luceat eis.
 V. Requiéscent in pace.
 R. Amen.
 V. Pro fratribus nostris absentibus.
 R. Salvos fac servos tuos, Deus meus, sperantes in te.
 V. Mitte eis Dómine auxilium de sancto.
 R. Et de Sion tuere eos.
 V. Dómine exáudi orationem meam.
 R. Et clamor meus ad te veniat.
 V. Dóminus vobiscum.
 R. Et cum spiritu tuo.

Orémus.

Deus, cui proprium est misereri semper et parcere: suscipe deprecationem nostram; ut nos, et omnes famulos tuos, quos delictorum catena constringit, miseratio tuae pietatis clementer absolvat.

Exáudi, quæsumus Dómine, supplicum preces, et confitentium tibi parce peccatis: ut pariter nobis indulgentiam tribuas benignus, et pacem.

Ineffabilem nobis Dómine misericordiam tuam clementer ostende: ut simul nos et a peccatis omnibus exuas, et a pœnis, quas pro his meremur, eripias.

Deus, qui culpa offēderis, pœnitētia placāris, preces pópuli tui supplicāntis propitius respice: et flagēlla tuæ iracūndiæ, quæ pro peccātis nostris merēmur, avērte.

Omnípotens sempitērne Deus, miserere fāmulo tuo pontifici nostro N., et dīrige eum secūndum tuam clemēntiam in viam salutis æternæ: ut, te donānte, tibi plācita cūpiat, et tota virtūte perficiat.

Deus, a quo sancta desidēria, recta consilia, et justa sūnt ōpera, da servis tuis illam, quam mundus dare non potest, pacem: ut et corda nostra mandātis tuis dēdita, et hōstium sublāta formidine, tēpora sint tua protectiōne tranquilla.

Ure igne Sancti Spīritus renes nostros et cor nostrum, Dōmine: ut tibi casto cōrpore serviāmus, et mundo corde placeāmus.

Fidēlium, Deus, ōnium cōnditor et redēptor, animābus famulōrum, famularūque tuārum remissionem cunctōrum trībue peccatōrum: ut indulgēntiam, quam semper optavērunt, piis supplicatiōnibus consequāntur.

Actiōnes nostras, quæsumus Dōmine, aspirādo præveni, et adjuvādo prosēquere: ut cuncta nostra orātiō et operātiō a te semper incīpiat, et per te cœpta finiātur.

Omnípotens sempitērne Deus, qui vivōrum domināris simul et mortuōrum, omniūque miserēris, quos tuos fide et ōpere futūros esse prænōscis: te sūpplices exorāmus: ut pro quibus effūdere preces decrēvimus, quosque vel præsens sæculum adhuc in carne rētinet, vel futūrum jam exūtos cōrpore suscepit, intercedēntibus ōnibus sanctis tuis, pietātis tuæ clemēntia ōnium delictōrum suōrum vēniam consequāntur. Per Dōminum nostrum Jesum Christum Fīlium tuum: qui tecum vivit et regnat in unitate Spīritus Sancti Deus, per ōmnia sæcula sæculōrum.

R. Amen.

V. Dōminus vobīscum.

R. Et cum spīritu tuo.

V. Exaūdiat nos omnípotens et miséricors Dōminus.
R. Amen.

V. (*Submissa voce sine ejus variatione.*) Et fidēlium animæ per misericōrdiam Dei requiēscant in pace.

R. Amen.

7. Litaniæ omnium Sanctorum

(*germanice*)

Herr, erbarme Dich unser!

Christus, erbarme Dich unser!

Herr, erbarme Dich unser!

Christus, höre uns!

Christus, erhöre uns!

Gott Vater vom Himmel, — erbarme Dich unser!

Gott Sohn, Erlöser der Welt, — erbarme Dich unser!

Gott, Heiliger Geist, — erbarme Dich unser!

Heilige Dreifaltigkeit, ein einiger Gott, — erbarme Dich unser!

Heilige Maria,

Heilige Gottesgebälerin,

Heilige Jungfrau aller Jungfrauen,

Heiliger Michael,

Heiliger Gabriel,

Heiliger Raphael,

Alle heiligen Engel und Erzengel,

Alle heiligen Chöre der seligen Geister,

Heiliger Johannes der Täufer,

Heiliger Joseph,

Alle heiligen Patriarchen und Propheten,

Heiliger Petrus,

Heiliger Paulus,

Heiliger Andreas,

Heiliger Jakobus,

Heiliger Johannes,

Bitte (bitet) für uns!

Heiliger Thomas,
 Heiliger Jakobus,
 Heiliger Philippus,
 Heiliger Bartholomäus,
 Heiliger Matthäus,
 Heiliger Simon,
 Heiliger Thaddäus,
 Heiliger Matthias,
 Heiliger Barnabas,
 Heiliger Lukas,
 Heiliger Markus,
 Alle heiligen Apostel und Evangelisten,
 Alle heiligen Jünger des Herrn,
 Alle heiligen unschuldigen Kinder,
 Heiliger Stephanus,
 Heiliger Laurentius,
 Heiliger Vinzentius,
 Heilige Fabianus und Sebastianus,
 Heilige Johannes und Paulus,
 Heilige Kosmas und Damianus,
 Heilige Gervasius und Protasius,
 Alle heiligen Martyrer,
 Heiliger Sylvester,
 Heiliger Gregorius,
 Heiliger Ambrosius,
 Heiliger Augustinus,
 Heiliger Hieronymus,
 Heiliger Martinus,
 Heiliger Nikolaus,
 Alle heiligen Bischöfe und Bekenner,
 Alle heiligen Kirchenlehrer,
 Heiliger Antonius,
 Heiliger Benediktus,
 Heiliger Bernardus,
 Heiliger Dominikus,

Bitte (bittet) für uns!

Heiliger Franziskus,
 Alle heiligen Pricster und Leviten,
 Alle heiligen Mönche und Einsiedler,
 Heilige Maria Magdalena,
 Heilige Agatha,
 Heilige Luzia,
 Heilige Agnes,
 Heilige Cäcilia,
 Heilige Katharina,
 Heilige Anastasia,
 Alle heiligen Jungfrauen und Witwen,
 Alle Heiligen und Auserwählten Gottes,
 Sei uns gnädig — verschone uns, o Herr!
 Sei uns gnädig — erhöre uns, o Herr!
 Von allem Übel,
 Von aller Sünde,
 Von Deinem Zorne,
 Vom jähren und unversehenen Tode,
 Von den Nachstellungen des Teufels,
 Von Zorn, Haß und allem bösen Willen,
 Vom Geiste der Unkeuschheit,
 Von Blitz und Ungewitter,
 Von der Geißel des Erdbebens,
 Von Pest, Hungersnot und Krieg,
 Vom ewigen Tode,
 Durch das Geheimnis Deiner heiligen Menschwerdung,
 Durch Deine Ankunft,
 Durch Deine Geburt,
 Durch Deine Taufe und Dein heiliges Fasten,
 Durch Dein Kreuz und Leiden,
 Durch Deinen Tod und Dein Begräbnis,
 Durch Deine heilige Auferstehung,
 Durch Deine wunderbare Himmelfahrt,
 Durch die Ankunft des Heiligen Geistes, des Trösters,
 Am Tage des Gerichtes,

Bitte (bittet) für uns!

Erlöse uns, o Herr!

Wir armen Sünder!
 Daß Du uns verschonest,
 Daß Du uns verzeihst,
 Daß Du uns zu wahrer Buße führen wollest,
 Daß Du Deine heilige Kirche regieren und erhalten wollest,
